

212

HADRIANUS PAPA VI.

*A tergo*: Dilecto filio Nobili viro Francisco Mariae Urbini Duci et almae urbis Praefecto.

Dilecte filii, salutem et apostolicam benedictionem.

Magno gaudio nos affecerunt litterae tuae, quas exhibente dilecto filio Johanni Maria alumno tuo accepimus. Quod ex eis et ipsius Joannis Mariae sermonibus, nec non ex litteris Sacri Collegii venerabilium fratrum nostrorum et quorundam ex eis, quae nos in tui amorem non parvum allicerant, manifeste perspeximus egregias virtutes tuas, praeclara erga nos et Sanctam Sedem Apostolicam merita et vere filialem obedientiam, quam nobis plenissime exhibuisti. Quae res cum Nobis sempre gratissimae esse debuissent, tam facile est videre quanti hoc tempore faciendae sint, quo, propter bella praeterita atque praesentia Italiae, et longiusculam nostram non voluntariam sed necessariam absentiam ab Urbe, Ecclesia nostra ac graviter prostrata iacet, paucosque, ut videtur, invenit qui eam consolari ac protegere curent. Accepavimus igitur et acceptamus libentissimo ac laetissimo animo obedientiam quam tu filius Nobis tam liberaliter et tam cito obtulisti. Et ex nunc tibi pollicemur omnem favorem atque indulgentiam, quam ex quocumque tui quantumcumque amatissimo Pontifice, imo ab ipso glorio-sae memoriae Julio II praedecessore patruo tuo expectare potuisses; credimusque futurum, ut re ipsa experieris ipsum Julium in Nobis quo ad te attinet revixisse. Tu tamen ut facis Ecclesiam nutantem fortiter defende, ac te pro ea murum opone per hoc breve momentum absentiae nostrae, et suo tempore a nobis Romae positus, quod Deo dante intra paucos, non dicimus menses sed dies futuros esse condignos et amplios favores expectato.

Datum Caesaraugustae sub annulo Piscatoris, die VIII Mai. MDXXII suscepti a nobis officii anno primo.

HEZIUS.

*Aliud.*

Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem.

Dilectus filius Johannes Maria familiaris tuus rogavit Nos tuo nomine, ut pro exoneratione conscien-

tiae tuae tibi munus absolutionis a vinculo excommunicationis quam invadendo terras Ecclesiae et quondam felicitis recordationis Leonem X praedecessorem nostrum machinando vereris incurrisse, impendere dignaremur; quod libentissimo animo iam antea vivae vocis oraculo fecimus, et ita per praesentes facimus, teque ab huiusmodi vinculo excommunicationis et aliis censuris, quibus ob has causas innodatus ex istis absolvimus. Caeterum, quia mentem nostram intelligere cupis, utrum si florentini te in suum capitaneum elegerint cum gratia nostra eam provinciam acceptare possis, Nos, considerantes quod eo efficacius poteris Ecclesiae prodesse, eamque contra invasores tueri quo ampliori auctoritate functus fueris, declaramus tibi gratum Nobis fore ut si a dilecto filio nostro cardinale de Medicis, et dilectis etiam filiis florentinis ad hoc requisitus fueris, illud acceptare velis, ut una opera et Ecclesiam hoc tempore necessitatis eius defendere, et egregias virtutes tuas animique strenuitatem illustrare possis.

Datum Caesaraugustae sub annulo Piscatoris die XI Maii MDXXII suscepti a Nobis Apostolatus officii anno primo.

HEZIUS.

Magnifico et Clarissimo Domino Marino Sanuto qu. Clarissimo domini Leonardi, domino singularissimo.

Venetiis — A San Jacomo de l'Orio.

*Dil mexe di Luio 1522.*

214

*A di primo*, fo san Marzilian. Li officii non sentano; ma per la terra le botege si tien averte. Intro Savii a terra ferma, nuovi tutti do, sier Zuan Dolfi, sier Ferigo da Molin, et sier Mathio di Prioli non intrò; et li Cai di X sier Zulian Gradenigo, sier Andrea Mudazo et sier Donado Marzelo.

Vene sier Hironimo Loredan fo dil Serenissimo, fu electo Capitanio a Verona, dicendo li Inquisitori lo molestano tanto iniustamente che non pol lassar le sue cosse e refudò Capitanio a Verona; sichè farassi Capitanio a Verona, e Podestà a Brexa in luogo di sier Piero da cha' da Pexaro è intrado Procurator di san Marco.

*Di sier Andrea Griti procurator, provedador zeneral, fo letere, date a Chiari, a di 29 Zugno.* Come hanno l'avisò che sguizari è in acòrdo con il re Christianissimo, et verano in Italia. Tamen